
ACADEMIÆ DUCATUS.
GELRIÆ. ET. COMITATUS
ZUTPHANIÆ.
SACRUM.
HARDEROVICI.

SSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
IRENITIDE VERA.

QUAM

Adſpirante Summo Numine,
Ex Auctoritate Magnifici Rectoris

)AVIDIS DE GORTER JOH. FIL.
M. Philoſ. & Medicinæ Doctoris, atque hujus Facul-
s, ut & Botanices in ACADEMIA DUCATUS GELRIAE
r COMITATUS ZUTPHANIAE, quae eſt HARDEROVICI,
Profeſſoris Ordinarii.

NEC NON

nſu Ampliſſimi SENATUS Academici, Nobiliſſimaeque
Facultatis MEDICÆ Decreto,

Gradu Doctoratus, Summiſque in MEDICINA
)noribus & Privilegiis ritè & legitimè conſequendis,

Eruditorum Examini ſubmittit

OLUS HANNING, Londino Anglus.

Ad diem 30. Aug., hora locoque ſolitis.

HARDEROVICI,

JOHANNEM MOOJEN, Academiae
us Gelriae, & Comit. Zutph. Typograph. Ord.
CIↃ. IↃ. CC. LI.

VIRO

[IN]TEGERRIMO SPECTATISSIMO

[RO]BERTO HANNING

[AR]MIGERO, PATRUO SUO EXOPTATISSIMO IN [AE]TERNUM USQUE VENERANDO.

[A]bſolutis ſtudiorum curriculis, mei ju-
[ven]i muneris VIR GENEROSISSIME
[...]m primitias tuis conſecrare auſpiciis,
ut de tua in me benevolentia, bene-
[fició]rumque meritis teſtarer publicè, tum
[g]rati animi, ſummaeque venerationis
[exhi]berem notas: patre enim, proh dolor!
[defu]ncto, mei tam quam prolis tuae curam
[susc]epiſti, educationi enim vero, liberali-
[busq]ue addiscendis artibus indulſiſti non tan-
[tum], ſed faviſti quam maxime: quid igi-
[tur] pro tot & tantis remunerandis be-
[nefic]iis agere poſſim, non video, haec
[pote]ntiam ſuperant meam; quid quid ve-
[ro] largiri placuit, illud ſemper cum fru-
[ctu] haud exiguo impendi; cum tamen


 in-

grati animi labe hactenus vixerim ir
ctus; Benignis, quaeso, hanc Differt
unculam meam suscipe manibus, do
supremo favente numine de sincera g
tudine convincere te valeam effectibus;
licitatis itaque adeptus ero culmen, si
bis adhibere fidem factaque approbati
tua condecorare placuerit, persuasus
esto de fidelitate mea & promptitu
tuis ineundis voluntatibus: propterea
Dissertationem ea qua par est revere
Sacram facio

CAROLUS HANN

Auctor.

D I



ISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
HRENITIDE VERA.

ACADEMIAE legibus parere exoptans, dubius haerebam, an hanc vel illam mihi tractandam materiem ſeligerem; placebat valde de morbo quodam acuto agere, propterea de phrenitide vera : caeteris amavi diſſerere, tum propter ſymptoum vehementiam, tum propter illius ſedem, qua tota oeconomia animalis reſidet.

§. I.

HRENITIS a Cel. BOERHAVIO in aphoriſmis ſuis

ſuis practicis definitur ferox & perpetuum um cum febre acuta, continua: morbum h riculoſiſſimum eſſe ex partis nobilitate affe tendenti facile patet: PLINIUS vocavit illur *tiae aegritudinem. a Mania* differt, quod in h petuum quidem delirium obtineat, ſed abs bre: in illa verò febris adſit continua. Duple *nitis* recenſetur, *vera* alia, *ſymptomatica* alte habetur, quando cerebrum primario affect materiemque a primo morbi ortu efficient continuit; *ſymptomatica* vero, quando ex pa poris quacumque phlogiſticae materiae fit m ad cerebrum ipſum, ita ut hujus visceris v flammationem concipiant. Patet in exemplo teries inflammatoria quae in pulmonum a *Peripneumoniam* conſtituit, ſubito ad cerebr feratur, *Phrenitis* fiet *ſymptomatica*: verum en non multum refert, a quà corporis parte ra rit materies; ſufficit quod inflammatorià fue paret itidem evidentiſſime in *Variolis*, quae ro vel veneni ferocitate, vel imprudenti mentorum adminiſtratione interiora petunt, encephalon delatae tragœdiam agunt ple lethalem.

§. II.

Quemadmodum morbus omnis ſuam habet ita & *Phrenitis*. Intellectus vero & ordinis gr lam dividemus in *proximam* & *praediſponentem* igitur *proxima* eſt inflammatio cerebri vel meni vel utraque ſimul: *praediſponens* autem, eſt or lud quod huic generandae aptum eſt ſub ha

rehenditur AER CALIDUS, fi enim calidior
Athmosphaera, partes humorum fluidiores, fub-
s avolant, diffipantur: unde neceffario reli-
mpinguntur, denfantur, folidefcunt; hinc in va-
noribus circulatio fuffocatur, fufflaminatur, in
bus vero augetur: unde obftructio, & inflam-
quae a reliquo fanguine obftructum a tergo
perpetuo premente, nafcitur.
OTU NIMIO Eadem ferme superveniunt fymp-
a: mufculi enim vero a copiofiori & crebriori
i nervei & arteriofi influxu velocius & fortius
trahunt, unde humorum omnium acceleratur
: vafa minima quae in fuperficie externa vix
n apparebant, jam ab errore loci fanguine re-
rubro turgent. Cor musculus omnium fenfi-
s, ab influente majori copia cruore in villos
ehementer irritatur, fortiter fe contrahit &
itum propellit humorem: hinc attritus folido-
fluidorum inter fe validus, qui fi duitius con-
ır, falia compingit, nuda circulationi tradit:
flammatio liquet.
ctus etiam animi vehementiores: ut ira, amor, tri-
vigiliae quoque huc faciunt; omnes praeterea
mque excretiones copiofiores, vel per fudores,
alvum, vel per urinas, vel tandem per alia
oria. *Diarrhœam* pro fpecimine affumere lice-
quentior alvi egeftio educit e corpore liqui-
nguini diluendo deftinatum, hinc inmeabili-
xficcatio totius fluidorum fyftematis. Abufus
ea aromatum, quale eft piper, potuum Spiri-
ım, qualis eft fpiritus vini ex feminibus prae-
oleofis, vel & intempeftivi opii ufus alio-
e medicamentorum calidorum: haec enim om-

B nia

nia liquores coagulant vel exficcant & i
mant; unde facile dignoscitur *prognosis.* Dol
quam maxime hisce diebus tantum fieri opi
abusum; mater enim ut prolis suae dolores
cito ad narcoticum aliquod obstupefaciens co
quod ob debilitatem structurae partium infant
medicabilem aliquando producit amentiam.

Insolatio suum hic habet locum: haec fit, d
mines capite detecto imprudenter radiis solar
exponunt, unde brevi inflammatione cerebri c
ti delirant, tale exemplum refert in suis com
riis Cel. *van Swieten*: binos scilicet messores
mos certé & robustissimos intra bihorium sic p
dum fumi acervo incumbentes, nudo capite
ano soli exposito obdormivissent; a sociis en
pergefacti titubabant, incondita quaedam mu
bant, & paulo post moriebantur ambo.

Huc & *plethora* Spectat: tanta enim humor
pia non potest contineri in vasis, quin haec n
distendat & dilatet, dilatata tument, vicin
primunt, liquidi sufflaminatur itus & reditus; hi
natio, obstructio, inflammatio.

Inflammatoria tandem *diathesis*; dum homin
sunt temperie donati, ut morbis acutis va
noxii sint: tales sunt robusti & exercitati a
cultores, quorum humores densi & compacti
ter per vasa moventur; hos observaverunt
practici difficiliorem admittere curam, quam
nes laxioris solidorum compagis, quorum so
stendentibus fluidis facile cedunt: ut vero
innumeras contraham paucis, omne quod hu
immeabilitatem producere aptum est; illud p
phrenitidis praedisponente haberi debet.

§. III.

ognitis hujus affectus *Causis* utrisque, non absur-
erit, febrem acutam continuam cum delirio pro
pathognomico & *diagnostico* habere. Febris enim
ndum Cl. BOERHAVIUM est inflammationis
es individuus. Phrenitici dolorem capitis in-
ingentem sentiunt, ob maximam fibrarum
urae proximarum distensionem: facies plerum-
rubra, sanguine suffulta. Hoc denotat circu-
nem fieri in partibus superioribus celeriorem;
ides enim *internae*, a quibus cruorem accipit
orum obstructae, inflammatae, ulterius admit-
nequeunt, unde ad exteriora per *externas Ca-*
s vergere cogitur sanguis. Exinde oritur *vul-*
illa facies, oculi protuberantes & truces; ap-
in strangulatis, in quibus intercepta circu-
ne laqueo vasa colli constringente, facies
, dein fusca, nigra evadit, quandoque e na-
destillat sanguis, sed mirum non est, vasa
a distendente nimium liquido dilatata disrum-
ur: unde quid quid in illis vel & ex aliis,
entibus locis continetur, cito effluit. Somno-
ae, turbulentiae, variaeque corporis agitationes
m quiescere non sinunt; qui antea alacres es-
olebant, jam moesti sunt & tristes; qui vero
s, jam gaudiis continuis afficiuntur; alii saepe
risu & sermone tam inconcinno quam inepto
ant, ut vix risum tenere possint amici atque
ntes; alii ad interrogata vel non respondent
ncongrue respondent. Progrediente autem mor-
n ferocitatem maximam incidunt; qui antea

cum amicis mansuetissimae erant indolis, jam trucidare quaerunt; sunt, qui postquam longo tempore taciturni mansere, ita ut quiescere videntur, subito surgunt, & se darent praecipites, miseris sisteretur obstaculum. Pulsus eorum du & respiratio magna, indicant sanguinem densum compactum, ineptum existere ad fines arteriar obstructos permeandos. Saepe pulsus observatur mulus, undosus, inaequalis, morbo praesertim adulto: metus tunc est *Cerebellum* incipere aff unde vitales functiones turbantur.

§. IV.

Quod ad prognosin attinet, *Phrenitidem* ve esse periculosissimam nemo inficias ibit, tum partis laesae nobilitatem, tum ob febrem acu cito lethalem, ni promptissime famigeratissima media propinentur: inflammatio enim tenellor cerebri vasorum justum medico incutit metum, nimium distenta haec vasa frangantur, humor in parte effundatur, vel & in *Gangraenam* cito nia depascentem transeat; tertio, quarto vel timo die necat, raro aegri hunc superant ter num: *Phrenitidis* universum genus HIPPOCRA & GALENO exitiale est: fatendum tamen de entiae speciem illam, quae cum risu fit, secu rem esse; indicat enim non tam graviter esse fectum *sensorium commune*: si vero septimum d superaverint, observatur frequentissime in *Man* abire febre plane sublata: non raro enim hom bus recte valentibus nascitur febris, & paulo in partemq uandam corporis deposita materie e

t

r *Phlegmone* vel & *Erysipelas*, desinente ilico fe-, postquam haec depositio facta fuerit, hoc pa- in *Angina*, ubi post levem febriculam uno vel altero die durantem, tument & dolent *fauces*, e scilicet ablata; pro ut vero ferocitate incres- *Mania*; ita Medicus sollicite curam efficacissi- adhibere debet: monuit enim HIPPOCRA- medicos, ne crederent levem morbi esse cau-, dum sensim in ferociam ascenderet *delirium*, ue simul & semel in furorem agerentur aegri, interim brevi immanis furor metuendus sit.

§. V.

on nunquam *Phrenitis* desinit in *Lethargum*, in , vel in *Catochen*. *Lethargus* habetur, dum per- a adest somnolentia cum oblivione sine febre; oscitur si caput aegri a morbo phrenitico sit ctum, ita ut sufflaminata sit circulatio, cere- ique ita debilitatum, ut animalibus peragendis tionibus ferme sit impar. A frigida & pitui- *Cacochymia* oritur hic morbus haud raro: unde POCRATES ait *Lethargici manibus tremuli, som- ti, decolores, tumidi, pulsibus tardi sunt, & partes culis elevatas habent. In Coma* vero desinit, dum iae cum somnolentia conjunctae sunt, causa s symptomatis videtur esse impeditum liquidi ei influxum ea copia, quae requiritur, ut acti- animales libere & constanter exerceri vale- Res patet in somno; nam consumptis Spiri- per actiones sensuum externorum & interno- & motus musculares, naturalis somnus sequi- quo reparati, refocillati spiritus functiones

 ite-

iterum inire possunt. Hic affectus morbos plen
que comitatur inflammatorios.

Vel & in *Catochen* abit, dum subita corporis im
bilitas adest, in eadem dispositione quo ad *sens*
motus totum corpus retinens, qua fuerat tempor
vasionis: hic affectus raro occurrit, paucissimi
medicis, in praxi quidem luculentissima, videre
tur. Si igitur ex his symptomatibus aliquod o
rat, dubium non est quin sit pessimi ominis.

§. VI.

SIGNA vero quae mortem vel summum saltem
nunciant periculum, sunt *Vomitus aeruginosus*, qu
aeger vomit coloris viridis materiem, ait enim
POCRATES, *si aliquis percutiat caput*, & *scire vis*
terius caput sit laesum, *vide an vomet aeruginosa*. *Sp*
frequens & indecora in adstantes totam œconon
animalem turbatam esse dictitat. Si vero *Tremor*
& *Convulsiones* Supervenerint, aegrotum certo
turum praedicunt Auctores omnes. Ea propter
LENUS dicit: *non Phrenitici omnes tremorem incur*
sed qui deterrime habent. Foex alvi & urina inte
tae vel & urina cruda eadem prognosticant mala,
li pulverulenti, dentium stridor convulsionem
jam futuram praenunciant. Si *Peripneumonia*, acc
rit, lethalis, catholico medicorum consensu pro
ciatur: Pulmones enim obstructi atque inflam
sanguini circulanti viam intercipiunt: unde ma
copia colligitur in cerebro; hujusque concavis
VARIOLIS itidem mala est, acre enim putri
gangraenosum in circulationem raptum, tene
Encephali vasa distendit, corrodit, disrumpit:
Apoplexiam fieri liquet. §.

§. VII.

Quantum valeat *Natura* in expugnandis morbis
ınt medici practici, imo desperatissima mala hu-
ope benignâ medelam acceperunt: docuerunt
rvationes solvi *Phrenitidem*, si *Varices* superve-
t, vel & *Haemorrhoides* fluant, dolore ad pectus
ad pedes, vehementi adveniente *tussi*, vel de-
ıe alvinis & sanguineis copiosioribus *excretioni-*
Per *haemorrhoides* enim abstrahitur impetus hu-
um a partibus superioribus, humores immea-
s, infarcti solvi & in pristinum fluorem redigi
ınt. *A Varicibus* idem sperare licet; prae-
aturaliter distentae venae tument, unde majo-
opia sanguis huc appellitur; imo tantam in
posuit spem medicorum princeps HIPPO-
ATES, ut *Maniae* ipsius solutionem ab illis
uxerit. Fluores alvi materiem peccantem eva-
ıt; an ideo sanguis pleno rivo e naribus stil-
morbum tam cito profligat? valde probabi-
est: nam quemadmodum in saevae *Pleuritidis*
ıcipio Venae Sectio larga pulcherrimum sorti-
effectum amissam fibrarum elasticitatem restitu-
o, ita ut vasa opportunitatem nascantur globu-
immobiles in systema alienum ingressos repellen-
pari certe ratione *Phrenitidem* solvi statuimus:
le generalem inflammationis curam requiri patet:
c äer frigidiusculus esse debet, qui facili nego-
obtinebitur, aquae frigidae, vel aquae rosarum
ti & similium inspersione. Minuetur vero impetus
ıentis in cerebrum sanguinis, larga venae sectio-
imo ad animi deliquium usque, donec scilicet
pal-

pallescere & deficere videatur aeger, quod & fa
lime pulsu languido dignoscetur. Si necessitas urg
venae simul & semel plurimae incidendae sunt
tempore eodem ab omni parte obstructa valida
revulsio, in pede V. G. in fronte, in temporib
sub lingua & aliis locis; si his non obstantibus
ret morbi ferocia, tunc semel atque iterum re
possent. Semper tamen aegri conditioni, aetati, t
periei & viribus consulendo: juvenes, ait cla
mus SYDENHAMUS, atque vegeto colore prae
ejusmodi auxilia sine multo discrimine ferre poss
Si praeterea adhuc non ausultet morbus, *Art
tomien* in arteriis temporalibus celebrare audacte
portet: testantur ideo Cl. PARACELSUS & D
NIS *in cursu operationum Chirurgicarum* plurimos
ratione sanatos fuisse. *Antiphlogistica* pariter & *la
tia* in usum vocari debent, ut obstructa compa
inflammata materies dissolvatur, aptaque ineu
circulo reddatur: ea propter conveniunt cremor
tari, ejus crystallus, tartarus ipse, sal polychres
pulpa tamarindorum, nitrum, & alia hujus gen
remedia V. G. tamarindorum unc. III. *coct. in seri
lb. III. add. nitr. dr. I. Purgantia* quoque ea
ratione usurpari debent, quae humores blande à
tibus affectis revellant; acria summopere vita
sunt, ne aucta nimis circulatio magis adhuc au
tur: conveniunt itaque manna, saccharum, r
cassia, rhabarbarum. *Clysmata* frequenter a
benda sunt: haec fiant ex emollientibus antipl
gisticis, ex sero lactis, lacte ebutyrato, c
melle, melle, & nitro & similibus. Excitare pra
rea non absurdum erit *Haemorrhoides* mollissimis
mentis ex bulbis liliorum alborum, ex decoctis m

h. verbasc. melilot. rut. rad. alth. haec no-
es atque dies applicata teneantur ano, ut huc
jori copia derivatis humoribus, fibrarum fiat so-
io; vel & applicari possunt hirudines, quae diu
n fugunt, quin brevi effluat sanguis: educta ve-
sufficienti cruoris quantitate, sisti debet fluxus,
nimium debilitatus aeger, vasis collapsis, in
nvulsiones agatur: hinc spiritus vini cito appli-
ur. *Collutoria*, *Gargarismata* ne praetermittantur;
uidum enim infarctum emolliunt, dissolvunt, va-
arida & sicca fiunt molliora, vi appellentis hu-
ris patiuntur se distendi sine ruptura, concretae
n moleculae solvuntur, meabiles fiunt: imo par-
omnes capitis fovendae sunt per *Balnea va-*
is, immersiones, humectationes, ut sanguini
ilis concedatur transitus, liberaque à capite ad
eriora reddatur via. *Cantharides* non raro summi
t usus, observatum enim est jam dudum appli-
as post aures pulcherrimè juvasse: quo enim
jori attrahente vi gaudent applicata, eo magis
lammmationis resolutio promovetur. *Capitis Abra-*
em insigniter proficere quotidiana constat expe-
ntia; abrasis enim vero capillis, tota externa
erficies perspirabilis redditur, unde capitis do-
maxime remittit, quod SYDENHAMUS se
nper cum successu haud exiguo fecisse testatur,
o auctores omnes ejus utilitatem praedicant,
c emplastro caput tegendum, sed pileolo tantum
à frigore externo arceatur. *Epispastica* nuchae, ca-
ti applicata *cucurbitae* nobilem habent usum; his
im omnibus, (ut supra pluries diximus) á par-
us superioribus turbulentus humorum revellitur
petus. *Lotiones* quoque brachiorum & crurum

 cum

cum decocto fol. salic. folior. arundinum, viti
rosar. rubr. & similium, his adduntur fricti
Corpus maximi interest *erectum* tenere: hoc enin
sanguis impetuose cerebrum urgens, ad inferior
ducitur, saepe enim contingit phreniticos pe
furentes, dum lecto continuo incarcerantur,
dos penitus reddi, dum erecto capite modicè
tum vestibus tecto in sedili sedent: hoc enim in
tu, quantumlibet sanguinis detrahatur, quan
vis leviter tegatur corpus, quicumque demum li
res refrigerantes ingerantur, non prius sedabitu
bris, quam aeger se lectulo interdiu abstinuerit
calor circumambientis äeris, inter stragula conc
sanguinem plus satis exagitet, & procumbentis
poris situs vehementiori impetu eundem in c
impingat.

Monendum tamen hoc unum superest terrefieri
debere medicum, si febre sublata leve deliriun
huc maneat, frequentissime enim symptomat
haud rite digestis, accidit graves committi erro
unde mala quam plurima fieri patet: fibrae enim
sorum ab inflammatione mirum in modùm dilata
pristinam nondum recuperaverunt elasticitatem:
faustus adest casus ubi *Opiata* praeclare inservi
blando enim conciliato somno, opportunitas
conceditur firmitatem comparandi; de insigni
rum usu differens SYDENHAMUS, narcotico
quit duodecimo morbi die usus sum, nec fru
citius autem nunquam prospere exhibitum n
quod si ad decimum quartum usquè diem distule
tanto magis proficuum evadet, separatione ne
perfectiori tum facta: unde apparet in vigore m
bi, in quo inter hunc & *naturam* validus fit c
fli

ſtus, nunquam propinanda eſſe *narcotica*; inducto
im ſomno, corporis interioris denegatur cogni-
, medicusque proſpicere nequit, quo vergat na-
ra, quod certè maximi momenti eſt in *morbis acu-*
: unde non raro prius deſtruitur corpus, quam
idem advertatur, ſero itaque medicina paratur.

FINIS.